

IV.

Delle Tarrete

c. 247

Incipiunt statuta tarretarum.

[1]. *Qualiter extimari debent tarrete.*

ORDINAMVS QVOD NOSTRI CONSULES IN VENECIIS omnes tarretas uenetorum, tam que facte sunt quam que facte de retro fuerint, teneantur et debeant extimare quot milliaria portare poterunt, remanentibus tarretis tribus pedibus super aquam usque ad latulas que magis sunt prope aquam; accipientes sacramentum a scribanis tarrete quod bona fide mensurabunt tarretam cuius sunt scribani postquam tota fuerit caricata; et si aliquam ultra statu || tum inuenerint caricatam, dabunt mensuram quantum plus fuerit caricata nostris consulibus in Ueneciis infra quinque dies post eorum reditum in Uenecias. Et si per uiaticum illud Uenecias non redirent, teneantur quam cicius poterunt nostris consulibus declare [*sic*]; tunc nostri consules illud plus caricatum quot milliaria uel kantaria fuerit extimabunt secundum mensuram quam receperunt a scribanis. Et pro quolibet milliaro uel kanta-